



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Facvltas Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

# FACULTAS

## Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

Isa approbatione PP. Lectorum Studii nostri Lovaniensis *Partis tertiae Theologiae Sacramentalis Scholasticae & moralis*, per R. A. P. F. JOANNEM BOSCO Ordinis nostri Fratrum Minorum Recollectorum Provinciae nostrae Inferioris Germaniae Sac. Theol. Lectorem Jubilatum ac Definitorem compositae; virtute praesentium facultatem concedimus, ut opus publicae luce dignissimum, cum S. Obedientiae merito (accedente eorum licentia, quorum interest) praelo mandetur. Datum in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum Lovanii 1669. Octobris 16. sub meo Chirographo Officii que sigillo minori.

F. JACOBUS DE RIDDERE *Commissarius Generalis FF. Min. Germano-Belgicus.*

# FACULTAS

## Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.

Attentis Theologorum Ordinis testimoniis *super tertia parte Theologiae Sacramentalis R. P. F. JOANNIS BOSCO S. Theol. Lectoris Jubilati*, nec non Provinciae nostrae Germanae Inferioris Fratrum Minorum Recollectorum Definitoris, non tantum facultatem concedo, sed & in meritum Obedientiae salutaris Auctori injungo, ut eandem partem, à doctrinae subtilitate ac soliditate, mihi experimentaliter nota, commendatam, publici juris faciat accedente eorum, quorum interest, assensu, confidens eandem omnibus solidae subtilisque doctrinae sinceris Amatoribus utilem ac gratam futuram. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum sub nostro Chirographo Officii que sigillo minori Anno Domini 1669. die 11. Octobris.

F. JOSEPHUS VAN DOREN  
*Minister Provincialis.*

## Approbatio Theologorum Ordinis.

Abus prioribus *Theologiae Sacramentalis Scholasticae & Moralibus partibus* per Reverend. Adm. Patrem Fratrem JOANNEM BOSCO Provinciae Germaniae Inferioris Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Definitorem, atque in Academia Lovanensi Sacrae Theologiae Lectorem Jubilatum aliquot abhinc annis typis divulgatis, & à Pluribus plurimum laudatis, & avidè expetitis, accessit Pars Tertia ab eodem Auctore non minori studio, quam praecedentes composita, nec minori laude digna. In hac Parte tractatur de Poenitentiae virtute ac Sacramento, materia, inter alias Theologicas, omnibus, & praecipuè animarum curatoribus, pernecessaria. Tractat autem Auctor hanc materiam non minus doctè, quam orthodoxè: Fidem, quam alii impugnant, acriter & solide propugnat; Argumenta quae contra se opponit, solvit; & Theologicè fundat suam, quam sustinet sententiam; haec vera esse invenies, si opus legeris. Quod, ut fiat, illud praelo dignum censuimus. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum die 24. Septembris Anno 1669.

F. PETRUS DE VRIESE  
*S. Th. Lector Jubilatus.*  
F. GUILIELMUS VAN SICHEN  
*Sacrae Theol. Lector.*